

# Explanatio sancti Thome

deponere volunt inquantum impeditiva est boni quod appetunt ita mali inquantum caro est impeditiva mali quod appetunt eam occidunt et se suspendunt sicut iudas. **¶** Deinde ostendit quod viri oportet uxorem diligere. et hoc per exemplum. **¶** Unde dicit. Sicut et Christus ecclesiam seipsum dilexit sicut aliquid sui quia membra sumus corporis. supra. 4. Summus enim inuitate membra. **¶** Dicit autem de carne eius propter eandem participationem nature. **¶** Luc. vlti. Spiritus autem carnes et ossa non habet etc. **¶** Vel dicit de carne mystice quantum ad debiles qui sunt carnes. et de ossibus eius quantum ad fortes qui sunt osses.

## Lectio decima.

**P**ropter hoc relinquet homo patrem et matrem suam et adheret uxori sue: et erunt duo in carne una. **¶** Sacramentum hoc magnum est. **¶** Ego autem dico in Christo et in ecclesia: Veritatem et vos singuli vnusquisque uxorem suam sicut seipsum diligat: vxor autem timeat virum suum.

Supra exhortatur est apostolus ephesios ad amorem uxorem dupliciter scilicet exemplo dilectionis Christi ad ecclesiam. item ex amore hominis ad seipsum: hic tercio hortatur eos per auctoritatem scripture. **¶** Et circa hoc tria facit. **¶** Primo auctoritatem scripture. **¶** Secundo eam mystice exponit ibi. **¶** Sacramentum hoc etc. **¶** Tercio adaptat eam secundum litteralem sensum ad propositum suum. ibi. **¶** Veritatem et vos etc. **¶** Auctoritas haec dicitur. **¶** Gen. 2. **¶** Dicta ab adam vidente uxorem se de costa sua formatam. **¶** Sed contra dicit **¶** Mar. 19. **¶** Quod deus hoc dixit. **¶** Respondeo. **¶** Adam ut a deo inspiratus hoc dixit deus autem ut adam inspirans et docens. **¶** Nos autem hoc idem dicimus et multa alia que dicit dominus spiritu dei docente. **¶** Unde dicit. **¶** Mathei. 10. **¶** Non enim vos estis qui loquimini etc. **¶** **¶** Notandum hic est quod in predicta auctoritate triplex coniunctio viri ad mulierem designatur. **¶** Prima per affectum dilectionis quia est tantus affectus viri utroque ut patres relinquat. **¶** 2. **¶** Esdre. 9. **¶** Diligit homo uxorem suam magis quam patrem et multi videntes facti sunt propter uxores suas etc. **¶** Ibi multa. **¶** Hoc autem naturale est quia appetitus naturalis est concors debite actioni. **¶** Constat autem quod omnibus agentibus superioribus inest appetitus ut propinet et coeuret inferioribus. **¶** Et ideo amor naturalis inest eis versus inferiora. **¶** Et quia homo respectu patris et matris est inferior non superior. ideo ad uxorem cuius est superior et ad filios naturaliter plus afficitur quam ad parentes. et etiam quia vxor sibi coniungitur ad actum generationis. **¶** **¶** Secunda coniunctio est per coeurationem. **¶** Unde dicit. **¶** Et adheret uxori sue etc. **¶** Eccl. 25. **¶** In tribus beneplacitum est spiritui meo etc. **¶** **¶** Tercia est per carnalem coniunctionem ibi. **¶** Et erunt duo in carne una id est in carnali opere. **¶** In qualibet enim generatione est virtus activa et passiva. sed in plantis utraque est in eodem. **¶** In perfectis autem distinguuntur. **¶** Et ideo in actu generationis ita se habent masculus et femina in animalibus sicut in plantis toto corpore. **¶** **¶** Consequenter exponit eas mystice et dicit sacramentum hoc magnum est. id est sacre rei signum scilicet coniunctionis Christi et ecclesie. **¶** Sapientie. 6. **¶** Non abscondita a vobis sacramentum dei. **¶** **¶** Notandum est hic quod quattuor sacramenta dicunt magna. scilicet baptismus ratione effectus quia delet culpam et aperit ianuam paradisi. **¶** Confirmatio ratione ministerij. quia sola a pontificibus et non ab alijs conferretur. **¶** Eucharistia ratione continencie quia totum Christum continet. **¶** Item matrimonium ra-

tionem significandi quia significat coniunctionem Christi et ecclesie. **¶** Et ideo si mystice exponatur debet sic exponi littera precedens. propter hoc relinquet homo patrem et matrem scilicet in sempiternum. **¶** Reliqui inquam patrem inquantum est missus in mundum et incarnatus. **¶** Job. 16. **¶** Exiui a patre et veni in mundum etc. **¶** Et matrem scilicet synagogam. **¶** Jere. 12. **¶** Reliqui domum meam et dimisi hereditatem meam etc. **¶** Et adheret uxori sue ecclesie. **¶** Math. vltimo. **¶** Ecce vobiscum sum omnibus diebus etc. **¶** **¶** Consequenter argumentatur secundum sensum litteralem exponendo predictum exemplum. **¶** Quedam enim sunt in sacra scriptura veteris testamenti que tantum dicitur de Christo sicut illud **¶** ps. **¶** Foderunt manus meas etc. et illud **¶** Esai. 7. **¶** Ecce virgo concipiet etc. **¶** Quedam vero de Christo et alijs exponi possunt. sed de Christo principaliter. de alijs vero in figura Christi sicut predictum exemplum. **¶** Et ideo primo exponendum est de Christo et postea de alijs. **¶** Et ideo dicit. **¶** **¶** Et erunt duo in carne una et vos singuli vnusquisque uxorem suam diligat **¶** Quasi dicit. **¶** De Christo dicitur principaliter tamen implendum est in alijs et figuratiter in figura Christi. **¶** Dicit autem **¶** Sicut semetipsum: quia sicut vnusquisque se diligit in ordine ad deum: ita debet uxorem diligere non inquantum transibit ad peccatum. **¶** Luc. 14. **¶** Si quis venit ad me et non odit patrem et matrem et uxorem suam etc. **¶** **¶** Sequitur. **¶** Non potest meus esse discipulus. **¶** Sed quid de uxore? vxor autem virum timeat. scilicet timore et reuerentia et subiectionis quia debet ei esse subiecta.

## Capitulum sextum.

**F**ilii obedite parentibus vestris in domino. **¶** Hoc enim iustum est honorare patrem tuum et matrem tuam quod est mandatum primum in promissione ut bene sit tibi et sis longevus super terram. **¶** Et vos patres nolite ad iracundiam prouocare filios vestros: sed educate illos in disciplina et correptione domini.

Supra monuit virum et uxorem que est vna connectio familiaris: hic monet patrem et filios que est secunda connectio domus. **¶** Et primo facit monitionem quomodo filij se debeant habere ad parentes. **¶** Secundo quomodo econverso patres ad filios ibi. **¶** Nolite etc. **¶** Prima in duas. **¶** Primo proponit monitionem. **¶** Secundo ostendit rationem. **¶** ibi. **¶** Hoc enim est iustum etc. **¶** Dicit ergo. **¶** Filij obedite etc. **¶** Notandum est hic quod patres debent naturaliter instruere filios moribus: filij autem instruendum parentibus naturaliter debent eis obedire. **¶** Col. 3. **¶** Filij obedite sicut patribus per omnia. hoc est enim beneplacitum domini etc. **¶** Dicit autem in domino: quia non est obediendum parentibus nec alicui in his que sunt contra deum. **¶** **¶** Actus. **¶** 5. **¶** Obidere oportet deo magis quam hominibus. **¶** Et per hoc soluitur auctoritas modo allegata. **¶** Luc. 14. **¶** Si quis venit ad me et non odit patrem etc. quia hoc intelligitur inquantum sunt contra deum. **¶** Rationem autem assignat ex duobus scilicet ex iusticia et utilitate. **¶** **¶** Quod autem sit iustum patet ac probatur. quia lex diuina nihil mandat nisi iustum. **¶** ps. **¶** Iusticie domini etc. **¶** Sed hoc in datat lex diuina. **¶** Exodi. 20. **¶** et Deutero. 5. **¶** Honorare patrem tuum et matrem tuam etc. **¶** Eccl. 3. **¶** Qui timet deum honorat patrem etc. **¶** Honor autem imponit exhibitionem reuerentie his qui supra nos sunt. **¶** Sed quia parentes habemus supra nos vritur nomine honoris. **¶** Dicit ergo. **¶** Hoc enim iustum est. **¶** Honorare patrem tuum et matrem

Sordidus  
infu

## in epistolam ad Ephesios VI.

trem *zc. Eccles. 3.* Qui honorat patrem suum vita viuet longiore. Item qui obedit patri resistet matri. Et hoc intelligit tripliciter qd filij debent parentes honorare. qz debent eis reuerentiam sicut maioribus: obedienciam sicut in fructibus: sustentamenta sicut nutrientibus cum fortes erant. Deinde assignat dignitatē huius pcepti dicens. Quod est mandatu pmi. Contra. imo mā datu pmi est qd est colendus vnus deus. Respondeo Mandata continent in duabus tabulis. Prima continet ea que ordinant ad deum. Secunda ea que ad proximum. et in hac secunda pmiu mandatu est de honore parentum. Et hoc duplici de causa. Primo qz in illa secunda tabula nullum est pceptu affirmatiu nisi istud. qz naturale est nobis vt parentibus seruiamus. non aut sic aliis proximis. ideo nullum aliud affirmatiu. Sed natura dicit vt nō inferat homo proximo nocumētū. et ideo prohibet. quia ergo pmiu plus et plus habet de debito ideo pmiu. Secundo qz deus honorandus est sicut pncipium nostri esse. et quia parentes sunt etiam pncipium nostri esse. quia vt dicit sexto ethicorum. Tria habemus a parentibus: scz esse: viuere: et disciplinā. ideo cōueniens est vt post mandata ordinata ad deum pmiu esset ordinatum ad parentes. Vel pmiu quo ad pmissionē: quia sicut soli addit pmissio. Et huius est duplex ratio. Vna ē qz homines in alijs que agunt quę erunt vtilitatē ppriā. et qz a parentibus iam sentibus nullam expectant vtilitatem nisi a deo puenientem. Secunda ratio est ne alijs credat qd honoratio parentū nō sit meritōria. qz naturalis est. ideo addit vt sis longeuus super terram. In veteri autē testamento promittebant pmissiones temporales: quia populus ille paruul⁹ erat. ideo gratiose instruendus sub pedagogo sicut paruulus. Tamen in illis paruus minusculis populum illum paruū docentibus figurabant magna bona scz spiritualia. Et iō potest hoc referri fm sensum litteralem ad bona temporalia. Et sic dicit in pmissione vt bene sit tibi id est vt bonis promissis abundes. Nam qui gratus est in minoribus beneficijs: meretē maiora recipere: maxima autē beneficia habemus a parentibus scz esse nutrimentū et disciplinā. Quando ergo quis gratus est his: sit dignus vt maiora recipiat. Et ideo dicit. Ut bene sit tibi. qz vt dicit. i. *Cl. 4.* Pietas ad oia vtilis est. pmissionē habens vite que nunc est et future. Et ideo addit. Ut sis longeuus super terrā: qz supra grad⁹ vite quā habes a parentibus. *puer. 3.* Logitudo dierū in dextera ei⁹ et i sinistra illi⁹ diuitie et gloria. *Sz* contra. Multi deuoti parentibus cito moriunt. Et ideo sciendū qd hec temporalia nō sunt bona absolute: nisi in quātū ordinata ad spūalia. et iō instantū hōi bona in qtu p ea iuuat ad spūalia. Vñ fortuna non est dicenda bona si est impediens a virtute. Et ideo longitudo vite instantum est bona in qtu ad seruitia dei et ordinata. Et ideo quōs subtrahit ne impediatur. *Sap. 4.* Raptus est ne malicia mutaret intellectum eius. Vel potest referri ad sensum spirituale vt sis logenus in terra viuentiū. *ps.* Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam: ppter nomen tuum domine viuificabis me. Consequenter instructis filijs instruunt parentes. Circa quod duo facit. Primo ponit vnū pbitiuū. Secundo aliud inductiuū ibi. Sed educate eos *zc.* Dicit ergo. Et vos patres nolite puocare filios vestros ad iracundiam: nō qz in omnibus assentiaris voluntati eorum. Vbi notandum est qd aliud est pncipatus patris ad filium et domini ad seruū. qz vnus vnus seruo suo ad vtilitatē ppriā. *Sz* pater vitur filio ad vtilitatē filij. Et ideo est necesse qd patres instruant filios ppter vtilitatē suam non tamen in

mis arcendo aut subijciendo. Et ideo dicit *Col. 3.* Patres nolite ad indignatiōz puocare filios vestros vt scz nō pusillo animo fiant. qz talis puocatio nō animat ad bonum. Quomodo ergo subdit. Sed educate illos in disciplina scz verborū et correctione scilicet verborū id est corripite eos et educate vt seruiant domino. Vel in disciplina eos ad bonū inducendo. et correctione a malis retrahendo.

### Lectio secunda.

**S**erui obedite dominis carnalibus cū timore et tremore i simplicitate cordis vři sicut xpo: nō ad oculos seruientes: quasi hominibus placentes: sed vt serui christi facientes voluntates dei ex animo cum bona voluntate seruientes sicut domino et non hominibus: scientes quoniam vnusquisqz quodcūqz fecerit bonū: hoc recipiet a domino siue seruus siue liber. Et vos domini eadem facite illis remittentes minas: scientes quia et illorum et vester dominus est in celis. et personarū acceptio nō est apud deum.

Instructis duabus connexionibus scilicet viri et mulieris patris et filij: hic instruit connexionem serui ad dominum. Et circa hoc facit duo. Primo instruit seruum. Secundo dominum ibi. Et vos domini. *zc.* Iterum prima in tres. Primo enim ponit monitionem. Secundo exponit eam ibi. Non ad oculos seruientes *zc.* Tertio ostendit retributionem ibi. Scientes quoniam vnusquisqz *zc.* Iterum prima in tres. Quia primo monet ad obedientiam. Secundo ad reuerentiam. Tertio ad cordis simplicitatem. Secunda ibi. Cum omni timore *zc.* Tertia ibi. In simplicitate *zc.* Monet enim eos ad obedientiam ex imperio domini. Unde dicit. Serui obedite dominis carnalibus. Monet eos ad reuerentiā dicens. Cum omni timore. *Malach. 1.* Si ego dominus vbi est timor meus? Item cum timore exterius. *ps.* Seruite dominis in timore. *zc.* Item in simplicitate. *Sap. 1.* In simplicitate cordis vestri *zc.* *Lu. 12.* Fidelis seruus *zc.* *Job. 1.* Nunquid considerasti seruum meum *Job. 12.* Et paulo post. Vir simplex *zc.* Sic enim seruendum est christo Unde dicit. Sicut christo. *Sap. 1.* In simplicitate cordis querite illum. *i. paral. 29.* Domine deus in simplicitate cordis mei letus obtulit vniuersa. Dicit etiam. Sicut christo. quia a domino christo est qd domin⁹ aliquid possit. *Ro. 13.* Qui potestati resistit: dei ordinationi resistit. Et ideo seruendum est eis sicut christo. in his que non sunt contra fidem nec contra ipsum. Exponit autem in simplicitate. et primo remouet quod simplicitati contrariatur. Secundo docet modum conuenientē ibi. Facientes voluntatem dei *zc.* Contrarium autem simplicitatis est qd seruus habeat oculos ad dominum et non ad complacentiam domini. Talis enim seruus non habet simplicitatem et rectam intentionem. Et ideo hoc prohibet dicens. Non ad oculos seruientes scilicet domino propter lucrum temporale tantum quasi hominibus placentes id est complacere volētes. *Sal. 1.* Si adhuc hominibus placent: christi seruus non essem. Sed vt serui christi. *Colossē. 3.* Domino christo seruite. Et quomodo? Facientes voluntatem dei. scilicet implendo man-

# Explanatio sancti Thome

Jata eius opere. ps. Facientes verbum illius sicut xpus  
Jo. 6. Descendi de celo. non ut facerem voluntatem meam: sed  
voluntatem eius qui misit me. Hec est enim voluntas eius qui  
misit me scilicet ut obediam hominibus propter deum. Et ideo  
dicit. Sicut serui xpi. et sicut seruientes domino non homi-  
nibus sed non propter se sed propter dominum. Quod? Et ait.  
Col. 3. Quodcumque facitis ex animo operamini sicut domino  
et non hominibus. Item cum bona voluntate et recta in-  
tentione Col. 4. Sicut perfecti et pleni in omni voluntate dei.  
Deinde subiungit remunerationem dicens. Scientes quod  
a domino etc. 1. Jo. 5. Scripsi vobis ut sciatis etc. Qui  
vnusquisque siue seruus siue liber sine personarum accepta-  
tione. Non enim est personarum acceptio apud deum Gal. 3.  
Non est seruus neque liber: non est masculus neque femina  
omnes enim vos vnus estis in xpo iesu. Act. 10. In veritate con-  
spici quonia non est personarum acceptio deus. sed in omni  
gente qui timent deum et operatur iustitiam etc. Eccl. 9.  
Quodcumque potest facere manus tua instanter operare etc.  
Percepit a domino pro remuneratione. Col. 3. Scientes quod  
a domino accipient retributionem hereditatis. Deinde  
cum dicit. Et vos dominus etc. instruit dominos et facit duo.  
Primo ponit monitionem. Secundo subdit rationem ibi. Sci-  
entes quod et illorum etc. Dicit ergo. Et vos dominus eadem  
faciatis. eadem scilicet idempritate proportionis. ut sicut illi  
ex animo et bona voluntate: ita et vos faciatis Eccl. 33. Si  
est tibi aliquis seruus fidelis: sicut tibi sicut anima tua. Re-  
mittentes minas non solum verba vel flagella. Et quare  
Rationem subdit dicens. Scientes quod et illorum et vester do-  
minus est in celis. Nam idem dominus omnium. Ro. 10. Quasi  
dicat. conferui estis. et ideo debetis vos bene habere ad  
eos Matth. 18. Operatur et te misereri serui tui. Non  
est personarum acceptio apud deum. Ro. 2. Idem dicitur  
Luc. 20. Non accipis personam hominum Act. 10. idem.

## Lectio tertia.

**D**ecetero fratres confortamini in do-  
mino et in potentia virtutis eius.  
Induite vos armaturam dei ut pos-  
sit stare aduersus insidias diaboli. quoniam non  
est nobis colluctatio aduersus carnem et san-  
guinem: sed aduersus principes et potesta-  
tes. aduersus mundi rectores tenebrarum  
harum contra spiritualia nequitię in cele-  
stibus.

Supra posuit apulus multa precepta generalia et specialia  
ad destruendam vetustatem peccati et induendam nouitatem  
gratię: hic ostendit qua virtute debent uti ad precepta hec  
implenda: quod fiducia auxilij diuini. Circa quod duo facit.  
Primo ponit monitionem. Secundo in speciali explicat  
eam ibi. Quia non est nobis colluctatio etc. Prima in  
duos: primo ostendit de quo debemus considerare sicut de  
interiori. Secundo ostendit de quo debemus considerare  
sicut de exteriori ibi. Induite vos etc. Illud autem interi-  
or de quo debemus considerare est auxilium diuinum. Et ideo dicit.  
Decetero fratres confortamini Iere. 17. Benedictus vir  
qui confidit in domino et erit dominus fiducia eius etc. Du-  
plici autem ratione confidit quis de aliquo. Vna est quod ad  
eum pertinet sua defensio. Alia est quod potens est et paratus est  
eum defendere. Et hec duo sunt in deo respectu creature  
sue. quod cura est deo de vobis ut dicit. 1. Pe. vltimo. Quem  
sollicitudinem vestram percipientes in eis. quoniam ipsi cura est de  
vobis. Item ipse potens est et promptus auxiliari. Et ideo dicit.  
Decetero fratres etc. Quasi dicat. Postquam vos instruxi  
confortamini non in vobis sed in domino qui curam ha-

bet de vobis. ps. Mihi autem adherere deo bonum est etc.  
Esa. 35. Dicitte pusillanimes confortamini etc. Iere. 20.  
Dominus meus est tanquam bellator fortis. idcirco qui me  
persequuntur cadent etc. Et in potentia etc. Luc. 1. Qui  
potens est. Et licet in deo virtus et potentia sint idem. tamen  
quod virtus est vltimum de potentia et quasi perfectio potens-  
tie. ideo dicit. In potentia virtutis eius id est in potentia  
virtuosa Phil. 4. Omnia possum in eo qui me confortat  
Job. 17. Pone me iuxta te et cuiusuis manus pugnet  
contra me. Sed possit dici. si deus potest et vult debemus  
esse securi. Ideo respondens dicit quod non timo debet quis  
libet facere quod in se est. quod si inermis iret ad bellum quan-  
tumcumque rex protegeret eum sicut in periculo. Et ideo dicit  
Induite vos armaturam dei id est dona et virtutes. Ro. 13.  
Abijctamus ergo opera tenebrarum et induamur arma lu-  
cis etc. Col. 3. Induite vos ergo sicut electi dei sancti et  
dilecti viscera misericordie benignitatem: humilitatem: mo-  
destiam etc. quod per virtutes homo pregit contra vitia. Sed  
contra: quod dominus est rexta potens quod nullus potest eum  
impugnare. Respondeo. verum est per violentiam: sed per in-  
fidias et fallaciam impugnatur eum diabolus in membris  
suis non in se. quod ut dicit Eccl. 11. Multe sunt insidie do-  
losi etc. Et ideo subdit. Et possitis stare contra insidias  
diaboli. 1. Pe. 5. Sobrii estote et vigilate etc. ps. Insidi-  
atur in abscondito quasi leo etc. Consequenter cum di-  
cit. Quia non est nobis colluctatio etc. explicat in specia-  
li monitionem. Et primo de insidijs inimicoꝝ. Secundo  
de armatura fumenda ibi. Preterea accipite etc. Tertio  
de fiducia xpi habenda ibi. Per oim orationem etc. Des-  
cribit autem insidias: quod quando aliquis hostis iminet si sit  
debilis: stultus: et huiusmodi non est multum cauendum  
nec timendum de eo. Sed quando est potens: nequa: et cal-  
lidus tunc est timendus. Hec tria sunt in diabolo. Primum  
quod non est debilis. Et propter hoc dicit quod non est nobis col-  
luctatio aduersus carnem et sanguinem etc. Per carnem et san-  
guinem intelliguntur duo vitia carnis. 1. concupiscentia. 2. caro et  
sanguis regnum dei non possidebunt. Et homines car-  
nales. Gal. 1. Continuo non acquieui carni et sanguini id  
est hominibus carnalibus. Dicit ergo. Non est nobis col-  
luctatio etc. quod videtur esse falsus qualitercumque accipiat: quod  
ut dicit Gal. 5. Caro concupiscit aduersus spiritum etc. ps.  
Multi qui persequuntur me. Respondeo dupliciter. Primum  
ut dicamus. Non est nobis colluctatio aduersus etc. sup-  
ple tamen quoniam gratia aduersus diabolum. Et quod actio que instrumē-  
to attribuitur est principaliter agentis. Et sic accipit illud. Ro.  
9. Non est volentis neque currentis: sed miserentis dei.  
Quasi dicat. quod vultis aliquid vel facitis a vobis non est. sed  
aliunde scilicet a deo. sic dicit. Non est nobis colluctatio. etc.  
id est quod nos impugnet scilicet caro et sanguis hoc non est  
eorum principaliter: sed a superiore mouente scilicet a diabo-  
lo. Consequenter describit a potentia: quod aduersus prin-  
cipes et potestates tenebrarum harum Jo. 14. Venit enim prin-  
ceps huius mundi etc. Dicit autem princeps mundi non creati or-  
dinis: sed imitatione mundanorum. Jo. 1. Et mundus enim non cogno-  
uit id est principes mundani. Et dicit princeps quasi pater ca-  
piens. In principibus quasi primi duces ad aliquid. ps. Princi-  
pes coniuncti psallentibus. Sen. 23. Princeps dei est apud  
nos. Ad potestatem autem pertinet iustitiam exercere. In-  
quoniam ergo aliquid demones inducunt aliquos ad rebellan-  
dum deo dicuntur principes. in quantum vero habent potesta-  
tem puniendi illos qui eis subiungunt dicuntur potestates  
Luc. 22. Hec est hora vestra et potestas tenebrarum etc.  
Sed cum ex ordinibus omnibus ceciderint aliquid quare metio-  
nem facit apulus de illis duobus ordinibus denominans  
demones. Respondeo. In nominibus ordinum sunt tria  
In quibusdam enim importatur ordo ad deum. in quibus

## in epistolam ad Ephesios VI.

dam vero potestas. in quibusdā vero dei ministeriis. in nominib⁹ eū cherubin ⁊ seraphin ⁊ thronoz impozat conuersio ad deum. Demones autē auersi sunt a deo. et ideo eis non competūt hec nomina. Item quedā nomina important ordinē ad ministeriū dei sicut angeli ⁊ archāgeli. ⁊ ista etiā nomina non competunt demonibus nisi cuz adiutorio scz sathane. Tertio etiam qz virtutes et dñari- ones important ordinē ad seruitiū dei. ideo eis non cō- ueniunt hec nomina. sed tñ ista duo q̄ cōmūnia sunt bos- nis ⁊ malis scz pncipatus ⁊ potestates. Sunt ergo ⁊ po- tentes ⁊ magni. ideo habent magnū exercitū contra quē habemus pugnare aduersus mundi ⁊ eozoz tenebrarū harum scz peccatorū. supra. 5. Eratis em̄ aliquādo tene- bre ⁊c. qz quicquid est tenebrōsum totū est de ordine isto- rum ⁊ subiectū eis. **Alia.** Mali homines sunt equi: dia- boli equites. ergo occidamus ⁊ equos possideam⁹. **Jo. 1.** Et tenebre cum non cōprehenderunt. **¶** Sunt etiā astu- ti: qz contra spūalia nequitie id est cōtra spūales neqtias- chiphance loquendo p̄ qd̄ intelligit plenitudo nequitie. Dicit autē spūalia nequitie qz quanto est altior fm̄ naru- ram tanto quādo conuertit ad malum est peior ⁊ nequis or. **¶** Unde phus dicit q̄ homo malus est pessim⁹ anima- lum. Et ideo dicit. spūalia nequitie. qz spūales ⁊ neqtis- simi sunt. Et dicit in celestibus duplici de causa. **¶** Vel ut ostendat virtutē ⁊ auanthagiū quā tangit supandi nos. qz nos in fratripsi aut̄ alto scz i aere isto caliginoso. ⁊ iō ha- bent partem meliorē. **Luc. 8.** Volucres celi comederunt illud. **¶** Vel dicit in celestibus. qz p̄ celestibus est ista pug- na ⁊ hoc debet animare nos ad pugñā.

### Lectio quarta.

**P**ropterea accipite armaturaz dei ut possitis resistere in die malo: ⁊ in omnibus perfecte stare. State ergo succincti lumbos vestros in veritate: ⁊ induiti loriceam iusticie ⁊ calciati pedes in p̄parationem euangelij pacis. In omnib⁹ sumentes scutum fidei in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere: ⁊ galeam salutis assumite: ⁊ gladium spūs quod est verbum dei.

Supra exposuit ap̄lus qd̄ dicitū ē d̄ insidijs diaboli: hic monet nos de armatura sumēda. Et circa hoc facit duo. Primo concludit ex p̄missis armature necessitatem. Secūdo armorū diuersitatē d̄ scribit ibi. State ergo ⁊c. Dicit ergo. habetis hostes malos nequissimos ⁊ potentes ⁊ p̄ re ardua pugnantes. qz p̄ celestibus: propterea accipite armaturā dei id est armentū spūalibus armis. **2. corin. 10.** Arma militie n̄re nō sunt carnalia: s̄ poten- tia deo ad destructionē munitionū ⁊c. Et hoc ut possitis resistere. **1. p̄. 5.** Qui resistit fortis in fide. **⁊c. Jac. 4.** Resistite diabolo ⁊ fugiet a vob. Quātomag⁹ em̄ ei ces- dit tanto plus insequē. **¶** In die malo. Et hoc p̄ mala q̄ in die sunt. supra. 5. **¶** Sedimentes tēpus qm̄ dies ma- li sunt. **Eccl. 7.** Diem malam precaue ⁊c. Item accipite non solum ad resistendū: sed etiam ad p̄ficiendū. Et in omnibus p̄fecti state id est in aduersis ⁊ prosperis imo- biliter stare. **Jac. 1.** Sitis p̄fecti in nullo deficientes. **De hoc. 1. p̄. 1.** Perfecti sperate in eam que offert vobis gratiam ⁊c. Sed nunqd̄ omnes debent perfecti esse. Res- pōdeo. duplex est p̄fectio. Una sufficientie quā habet hō fm̄ q̄ est necessariū ad salutē sicut illud. Diliges dñm deum tuum ex toto corde tuo. quāsi dicat. Et nihil sit in

corde tuo quod sit contra deus. Et hoc est de necessitate salutis. **Jac. 1.** Et sitis p̄fecti ⁊ integri in nullo deficientes ⁊c. **¶** Alia est perfectio totalis abundantie q̄ est p̄fectio patrie que est consummata gloria in hoc qz p̄fectus totalit̄ inheret deo. **Matth. 22.** In resurrectione neqz nubent neqz nubent: sed sunt sicut angeli dei in celo. Et de hac loq̄bat ap̄lus **Phil. 3.** Nō q̄ iam acceperim aut q̄ iam p̄fectus sim. Et paulopost. Fratres ego non arbitror me comprehendisse. **¶** Alia est media scz cōsiliū qua homo n̄i- titur se abstrahere ab his ⁊ ire ad illas. **¶** Deinde cū di- cit. State ergo ⁊c. Describit diuersitatē armorū. Et autē triplex genus spūalium armorū ad similitudinē corpora- lium. quozum quedam sunt similia indumento ad regen- dum. quedā vero ad p̄gredendū: ⁊ quedā ad impugnā- dum. **¶** Indumentū autē tria sunt necessaria. Primo qz cin- gatur. Et quātū ad hoc dicit. State ergo succincti lumbos vestros ⁊c. Sed prius induit se homo q̄ se cingat. **¶** Apostolus autē accipit hec fm̄ ordinē armature spūalis. In bello autē spūali prius est necesse cōcupiscentias car- nis restringere sicut vicin⁹ hostis est p̄us vincend⁹. hoc autē fit p̄ restrictionem lumborū in quib⁹ viget luxuria qd̄ fit p̄ temperantiā que gula ⁊ luxurie contrariat. **Luc. 12.** Sint lumbi vestri precincti ⁊c. **Job. 38.** Accinge sic- cut vir lumbos tuos. ⁊c. Sed in veritate id ē in rectius- dine intentionis non simulare. **¶** Alia l̄a habet in charis- tate. **1. cor. 13.** Omnia vestra in charitate fiant. **¶** Se- cundo monet vincere cupiditates rerum. Duplex autē inuenit armatura contra eas: scz iusticia ⁊ abrenūciatio rerum temporalium. Et ideo p̄mo p̄cepit ut eas non iniu- ste usurpem⁹ qd̄ facit iusticia. Et ideo dicit. Induite loriceam iusticie scz p̄ quam homo abstinet a rebus alienis. Dicit autē iusticia lorica: qz sicut lorica tegit mēbra: ita iusticia virtutes omnes. **Sap. 5.** Induet p̄ thorace iusti- ciam ⁊ accipiet p̄ galea iudicium certū. **¶** Item ut rerum temporalium curam sup̄flūā deponam⁹. qz dum his ni- mis intendim⁹ nō habem⁹ pedes paratos ad diuina ne- gōcia ⁊ mysteria anūcianda. Et p̄pter hoc dicit. **Calciati pedes id est affect⁹ dispositi in p̄paratione euangelij pacis.** In signis hui⁹ misit ap̄los dñs. **Marci. 6.** calci- atos sandalios q̄ habent subtrās soleas p̄ quod significat eleuatio mentis a terrenis ⁊ apperti sunt superius: p̄ qd̄ significat promptitudo ad diuinā sapientiā. Dicit autē pacis. qz p̄ euangelij pax nobis annūciat. **Matth. 10.** In quācuqz domū intraueritis dicitē pax huic domū. Item secundo sunt arma ad p̄gredendū. Duo autē in no- bis sunt p̄gredenda que sunt principia vite. scz pectus in quo est cor. ⁊ caput in quo est cerebrū. **¶** Pro pectore autē est scutum. Et ideo dicit. In omnib⁹ sumentes scutum fi- dei. qz sicut scutū sup̄ponit omnib⁹ armis: ita fides omnia bus alijs virtutib⁹. **¶** Alia sunt em̄ arma virtutū moralū scz temptantie id est succinctio lumborū ⁊ iusticie id ē in- duitio lorice. sed hoc genus armorū scz scutum est virtus- tis theologice scz fidei. qz sicut p̄ scutū repellūt tela: ita p̄ fidem omnia contraria ⁊ habet victoria. **Heb. 11.** San- cti p̄ fidem vicerūt regna. Sed p̄ virtutes morales vin- cim⁹ potestates terrenas. Et ideo ait. In q̄ possitis oīa tela ignea nequissimi extinguere. scz diaboli: cuius tela sunt quedā imissiones p̄ angelos malos. Ignea sunt qz adurētia prauis cōcupiscentijs. **p̄. 5.** Sup̄cecidit ignis ⁊c. **¶** Hec autē p̄ fidem extinguunt q̄ tēpationes p̄ntes ⁊ tran- sitorias extinguit p̄ bona spūalia et̄na que p̄mittit sacra scriptura. **¶** Unde dominus **Matth. 4.** diabolo temptanti p̄iiciebat ⁊ opponebat auctoritates sacre scripture. Et sic debem⁹ facere: si temptat de gula fm̄ illud **Deut. 8.** Non in solo pane viuit homo. **¶** Vel illud. Nō est regnū dei esca ⁊ potus. **Ro. 14.** Si de luxuria Nō mechaberj

# Explanatio sancti Thome

**S**i de furto. Non furtum facies. et sic de alijs. Dicit autem scutum fidei. quod sicut protegit totam pectus: ita fides debet esse in pectore. Spes autem dicitur galea. quod sicut galea est in capite: ita caput virtutum moralium est finis. et de hoc est spes scilicet de fine. Et ideo dicitur. Et galeas salutis assumite. Item tertio sunt arma ad pugnantium. quod non solum sufficit se defendere: sed etiam aduersarium impugnamus. Hoc autem sicut fit per gladium corporaliter: ita per verbum dei quod est spiritus sanctus spiritualiter. Et propter hoc dicitur. Et gladium spiritus quod est verbum dei scilicet assumite. Heb. 4. Quod est finis dei et efficaciter et penetrabilior omni gladio accipit perungens usque ad diuisionem anime et spiritus. Et predicatio dicitur gladius spiritus: quod non penetrat usque ad spiritum nisi ducat a spiritu sancto. Matth. 10. Non enim vos estis qui loquimini. sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Sic ergo habemus arma quibus defendamur a carnalibus hostibus scilicet a gula et luxuria quod fit per temperantiam ibi. State ergo sicut lumbos vestros etc. Item quibus vincamur cupiditates terrenas scilicet arma iusticie: que abstinere nos faciunt ab illicitis ibi. Induti loriceas iusticie. Et puritatem affectus seu paupertatem que nos retrahit etiam a licitis ibi. Calciamus pedes etc. Item habemus arma quibus pregamur ab erroribus scilicet arma fidei ibi. In omnibus sumentes scutum fidei. Et etiam ab hostibus generis humani ibi. Quo scilicet scuto fidei possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere. Item habemus arma quibus in bonis spiritualibus confirmamur scilicet arma spei ibi. Et galeam salutis assumite. Galea ponitur in capite sicut spes in fine. Nunc autem caput virtutum moralium est ipse finis de quo est spes. Unde nihil est aliud galeas salutis assumere quam spem de ultimo fine habere. Item habemus arma ad impugnandum ipsos demones scilicet gladium spiritus quod est verbum dei quod fit frequenter in sermonibus in quibus verbum dei penetrans corda peccatorum expellit cogitationem peccatorum et demonum.

## Lectio quinta.

**P**er omnem orationem et obsecrationem orantes omni tempore in spiritu et in ipso vigilantes in omni instantia et obsecratione per omnibus sanctis et per me: ut detur mihi sermo in apertione oris mei cum fiducia notum facere mysterium euangelij per quo legatione fungor in catena ista. Ita ut in ipso audeam put oportet me loqui. Ut autem et vos sciatis que circa me sunt quod agam: omnia vobis nota faciet tycheus charissimus frater et fidelis minister in domino: quem misi ad vos in hoc ipso ut cognoscatis que circa nos sunt et consolentur corda vestra. Pax fratribus et charitas cum fide a deo patre nostro et domino iesu christo. Gratia cum omnibus qui diligunt dominum nram iesum christum in incorruptione Amen.

Supra posuit apostolus que dixerat de insidijs et armaturis: hic exponit illud de confirmatione et confortatione in potentia dei et hoc fit per orationem dei super auxilio diuino. Facit autem tria primo monet eos ad orandum pro seipsis. Secundo pro alijs. Tertio pro ipsomet apostolo. Circa primum ponit septem conditiones orationis. Primo quod debet esse perfecta. Unde dicit. Omne orationem quod fit cum

in omnibus recurrit quis ad orationem vel orat pro omni bono. Secundo quod sit humilis non presumptuosa. ps. Resperxit in orationem humilium etc. Quod fit quoniam homo non putat se exaudiri propter merita sua sed propter misericordiam diuinam. Et ideo dicit. Obsecrationem sed per sacre rei acceptionem. ps. 4. In omni oratione et obsecratione cum gratiarum actione petitiones vestre innotescant apud deum. Tertio quod sit continua ibi. Omni tempore. i. thessal. 5. Sine intermissione orate. in omnibus gratias agite. ps. Benedicam dominum in omni tempore scilicet statuto. Quarto quod sit deuota. quod in spiritu. i. corin. 14. psallam spiritu psallam et mente id est non ut vagus. Quinto quod sit vigilans ibi. Vigilantes. i. ps. 4. Estote prudentes et vigilate in orationibus. Sexto quod sit instans ibi. In omni instantia Ro. 12. Orationi instantes etc. Septimo caritativa ut scilicet fiat per omnibus alijs sanctis. i. Ti. 2. Obsecro enim primum omnium fieri obsecrationes orationes postulationes gratiarum actiones pro omnibus hominibus etc. Deinde ultimo pro se. Et pro me inquit. Tertia petit pro se que cullibet predicatoz sunt necessaria scilicet quod os aperiat: et ad predicandum se preparat spiritum in se est: ut detur sibi gratia. Et ut hec tria sibi veniat petit ut orat pro se dicens: Et de mihi sermo in apertione oris mei. Non enim potero loqui nisi quod dederit mihi dominus. dicebat ille balaam Numeri. 22. Tu dominus Matth. 10. Non enim vos estis qui loquimini: sed spiritus etc. Unde dicit ibidem. Dabit enim vobis in illa hora quod loquimini. Hoc autem dicitur primo ponit hic apostolus ut deest inquit mihi sermo in apertione oris mei. Col. vlti. Orates simul et pro nobis ut deus aperiat nobis hostium sermonis. Et ad quod paulus: Ruder. ut scilicet possim cum fiducia notum facere euangelij mysterium per quo legatione fungor in catena. Et hoc est secundum quod petit. quod non solum est necessarium predicatoz ut deest ei sermo in apertione oris seu scilicet. sed et finis nem sibi datum predicat audacter et cum fiducia. Et hoc est quod dicit. Cum fiducia etc. Et sic predicabat apostolus de quo act. 4. Quod loquuntur cum fiducia verbum dei. Comendat autem apostolus officium predicationis ab excellentia et altitudine. Unde dicit. Mysterium euangelij. Secundo ostendit quod pro ipso libenter sustinuit tribulationes et ignominiam. Unde dicit. Pro quo legatione fungor in catena. De his duobus simul Col. vltimo. At deus aperiat nobis hostium sermonis ad loquendum mysterium christi. propter quod et vincus sum. Et quia ut dicit Eccl. 20. Ex ore fatui reprobatur gabola. non enim dicit eam tempore suo. ideo apostolus non solum petit quod deest sibi sermo seu predicandi scientia: sed et gratia loquendi cum fiducia ut scilicet non desisteret ab incepto pro catenis quibus catenatus erat ab incepto et commisso sibi officio fideliter et fideliter persequendo. sed tertio petit ut deest sibi temporis seu modi congruentia. quia tempus loquendi et tempus tacendi ut dicit Eccl. 3. Et ideo dicit. Et in ipso audeam put oportet me loqui et certe in omnibus modis et qualitas facit gratum. Et hoc idem petebat apostolus Col. vltimo. Et manifestem illud ita ut oportet me loqui quia ut dicit prouer. 15. Sermo oportunus optimus. In fine autem huius eplae apostolus statum suum ephebsijs manifestat cum dicit. Et autem vos sciatis etc. Tunc primo facit quod dicitur. Secundo eos more solito salutatur ibi. Pax fratribus etc. In prima parte tria facit. Primo ponit statum sui manifestatio ibi. Et autem vos sciatis etc. Secundo discipulorum nunciantis multiplex comendatio ibi. Tycheus frater meus charissimus et fidelis etc. Tertio ostendit finem pro quo eius manifestat statum suum: quod est ipsorum consolatio ibi. Et consoletur corda vestra. Dicit ergo ut autem vos sciatis que circa me sunt. quid agam. omnia nota vobis faciet etc. Quasi dicat apostolus. Pro mysterio euangelij pro quo catenatus sum volo quod sciatis quod catena et omnes tribulationes et omnia supplicia que in cre-